



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 65. Paulus Sarpius a Sicariis graviter vulneratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. ticorum technis pertimescenda præver-
A. C. 1607. tere satagerent: Insuper Fratri Ful-
gentio, ne deinceps ad populum dice-
ret, inhibitum, Sarpius vero plurimum
imminuta, qua prius apud Rempubli-
cam valebat, existimatione deinceps
tam in sermonibus quam scriptis suis
cautior, magisque circumspectus eva-
serat: Hæc si vera forent, licet ægre
cum probata Donati Principis probi-
tate, & tantopere deprædicata Sarpi
Orthodoxia conciliari possint, luculento
tamen essent testimonio, quod hæretici
fedulo omniique tempore ex Catholico-
rum dissidiis sectas suas propagandi oc-
cationem captare studiosissimi sint.

§. LXV.

*Paulus Sarpius a Sicariis graviter
vulneratus.*

*Vita del P.
Paolo Me-
moir. secret.
tirées des
archives des
Souverains
pag. 6.
Thuan. l. 137.* Attamen non modo Sarpii famam ca-
lumniis obterrere satagebant non
nulli, sed insuper ejus vitæ insidias sa-
pius struebant, præprimis vero sexto
post redditam pacem mense die quinta
Octobris a Sicariis invasus ægre mortis
periculum eluctabatur: cum autem hoc
idem facinus a variis Scriptoribus ca-
lamo vel in Pontificem vel in Sarpium
nimis amarulento citra veritatem de-
scriptum videatur, potius Authorem
arcæ

arcorum ex Principum Archiviis extra- Sæc. XVII.
 storum sequi placuit, eoquod is totam A.C. 1607.
 rei seriem se ex ipsius Patris Fulgentii
 ore percepisse testetur. Decreverat Ca-
 sparus Scioppius Roma in Germaniam
 proficisci, huic ergo, eoquod Venetias
 pertransire cogeretur, Bellarminus ne-
 gotium dabat, ut Patrem Paulum Sar-
 pium suo nomine salutaret, eidem si-
 gnificaturus, quod Bellarminus nun-
 quam Personæ, licet caussæ, inimicus
 Sarpii fuisse, „cum ambo sui Princi-
 „pis caussam tuendam suscepissent, hic
 „pro Republica, iste pro Sede Aposto-
 lica decertans: proin tantum absit,
 „ut is Sarpio indignetur, quin potius
 „eum æstimet, colat, omnique data
 „occasione obsequium eidem præstare
 „paratus sit, in hujus autem sinceri af-
 „fectus testimonium eundem monitum
 „velit, ut securitati suæ consulat, eo-
 „quod ejus vitæ insidias strui certum
 „sit.” Insolito hoc obsequio attonitus
 hæsit Sarpius, qui mox totam rei se-
 riem tribus Reipublicæ Inquisitoribus
 retulit. Hi vero, ut Sarpii vitam in
 tuto collocarent, illum rogabant, ut
 loriam sub veste sua gestaret, ac non-
 nisi comitante eum Fratre Marino Viro
 sat magnanimo, qui sclopo : c pugione
 armatus esset, foras iret. Cum autem
 quadam die cum præfato socio de
 L 4 ponte

Sæc. XVII. ponte Sanctæ Fuscæ descenderet, ad
A. C. 1607. monasterium suum reversurus, vidi

pulum ad incendium, quo domus quæ
 dam correpta flagrabat, extinguendum
 turmatim accurrere: incitabat quoque
 spectandi aviditas Fratrem Marinum,
 qui obtenta a Sarpio licentia pariter e
 festinus contendit. Hujus absentia fret
 qui in insidiis latebant, quinque sicari
 Paulum nil mali suspicantem adorium
 tur, & quindecim iætibus in facie &
 collo feriunt, ac pugionem in uno vul
 nere infixum relinquunt, alias vero
 Marinum infuscatus eundem tamdiu li
 gatum tenuit, donec Sarpio, ut crede
 bant, trucidato ejus Socii ex condicto
 reversi fuissent, qui præcipiti pedum
 studio ausentes consenso navigio ad
 id instructo in Ferrariensem ditionem de
 scenderunt; comperto atroci hoc faci
 nore Venetus Senatus, ut deinceps
 Theologi sui vitæ ac securitati consul
 tum esset, die vigesima nona Octobris
 hoc edictum promulgari jussit: Speciale
 nefario conatu contra Reverendum Patrem
Magistrum Paulum Servitam Reipublica
Theologum attentato, necnon compellente
 pietate Reipublicæ consueta & protectione
 quam illis debet subditis, qui eidem suo Ze
 lo ac fidelitate deserviunt, prout hic Reli
 giosus raræ probitatis ac doctrinæ Vir pro
 fluit, *Respublica ad testificandam suam er*
 gg

ga ipsum venerationem declarat, qaud si quis Sæc. XVII.
cujuscunque demum conditionis aut status A. C. 1607.
deinceps præfatum Putrem Paulum aut quo-
vis modo vel quovis Reipublicæ loco offendere
præsumperit, hunc qui occiderint, præmium
bis aureorum millium, occisi vel capti bonis
aut ex ærario, si vero vivum fliterint, duplo
majorem summam recipiant. Si quis au-
tem hujus sceleris Autores manifestaverit,
et si conjurationis conscius esset, accepta ta-
men impunitatis gratia ei duo aureorum mil-
lia statim exfolvantur. Respublica enim
omnino vult, ut Reverendus Magister Pau-
lus, sicut & quivis aliis subditus, qui Rei-
publicæ utilem navat operam, a quovis ho-
noretur tanquam Vir, quem Respublica ob
propria ejus merita sua protectione dignatur.

Quoniam vero duo ex hisce Sicariis primo ad Nuntii Apostolici Palatium confugerant, ac Rudolphus Poma hujus criminis Autor jam antea suis filiis Possevini Jesuitæ curæ commissis Romæ multis cumulabatur beneficiis, hinc non deerant calumniatorum non pauci, qui per summum nefas ipsum Paulum V. Pontificem Maximum hujus violentiæ consciū redarguerent: attamen literæ ab Alincurtio ad Henricum IV. Regisque Ministris Roma datæ, necnon plurima testimonia progressu temporis producta plene innocentiam hujus Papæ vindicarunt: quinimo ipsemēt Senatus

Sæc. XVII. omni sollicitudine caverat, ne quid fit
 A. C. 1607. ret aut diceretur, quod Pontificem posset offendere, severè etiam prohibitissimis bellis, qui hac de re in vulgus spargabantur, vel postea spargi possent.

§. LXVI.

Diplomatis promulgatio circa controversiam de auxiliis a Paulo V. in aliud tempus dilata.

*Abregé de l'hist. Eccles.
tom. 10.
Acta P. Le-
mos Hist.
Congreg.
l. 4. c. 22.
Diarium
Pegnae Hist.
controv. l. 6. cap. 23.*

Plurimo quamvis labore, quo plenius utilia comparantur, denique Venetæ litis salus constitisset, ab ipsius tamen hoc tumultu Paulus V. haud exiguum alterius controversiæ levamen deprompsit, litigio inter FF. Prædicti tores & Jesuitas per tot annos protracti in finem, saltem silentium imponendi occasionem nactus. Postquam enim Pontificis jussu Gregorius Nunnius Coronellus, qui Sacræ Congregationi a secretis erat, præmeditatum damuanda Molinisticæ doctrinæ diploma quater sub limam revocatum, atque a summo Pontifice ultimo recognitum exhibuerat, nil proprius videbatur, quam ut hoc ipsum diplomatis specimen Pontifica manu firmaretur, eoque promulgato hæc controversia Apostolico iudicio tandem dirimeretur: Insuper Pon-